



21
Bl. 89



IDEA
MVTVI OFFICII,
QVA
V I R O
Nobilissimo Clarissimo Doctissimoque
DOMINO
IO. FRIDERICO
MICHAELIDÆ

S. S. Theol. & Philosoph. Cultori in-
defesso, & Bibliothecæ Alumnorum Panno-
num hætenus Bibliothecario primario
longe dignissimo,

Post curriculum Academicum laudabiliter exactum,

A. R. S. c. 1000 XXV. d. VI. Cal. NOV.

IN PATRIAM

bonis avibus concederet;

debitam animi sui propensionem ad vivum exprimere & faustum for-
tunatumque, ad Patrios Lares, reditum apprecari
voluerunt

CIVES PANNONII

VITEMBERGÆ

LITERIS SCHROEDERIANIS.

Hesperidum tandem fulgentia mala Sororum
 Abstulit ALCIDES, arte, labore simul.
 Nunc locuples praeda, post tot discrimina,
 fumum
 Optat de patriis posse uidere focis.
 Pegase, pande tuas, igitur uelociter alas,
 Et praebe docto tergora sponte VIRO.
 Hinc redeat subito, Patriaeque sit ipse decori:
 Nil iuuat Hesperii delituisse locis.

Ita discendenti Clarissimo Amico acclamabat

M. Franciscus Horvath Bibithy, Hung.

Ardua dum Pindi superas, iam premia, Pallas
 Venturo tribuet, quae TIBI digna parat.
 Sic igitur faustis, Sospes, ad vota TVORVM,
 Auspiciis, redeas in geniale solum.
 Quo tua TE virtus ducet, tum facta parentis,
 Perge, & MICHALIDVM nomen ad astra vebas.

Ita ad suos redituro, felicia quaeque precatus, deproperabat

Ioh. Longay, Vetusol. Hung.

SS. Theol. & Phil. Cult.

TE Pietas ornat, TE grata Modestia gratum
 Efficat, & doctum fat Witteberga probat.
 Maeste isthoc studio: perge, & Te denique merces
 Optima pro meritis huic manebit Honor.

*Hæc Gratam testaturus mentem Fautori, Amico & Con-
 civi suo ponebat fidus Itineris Comes*

Iohannes Stransky, Mijavia-Hung.

SS. Theol. & Phil. Sc.

Pande tuas, Helicone fores, Tritonia Virgo,
 Ludorumque simul, claude theatra sacra.
 Finis adest operi, Victor tua limina linquit,
 Et spoliis plenus, tecta paterna petit.
 Hæc petit, ut referat dudum sibi parta brabaea,
 Quae meruit studiis, atque labore gravi.

Ita

*VIRVM Clarissimum Amicum integerrimum, cum e
 ludis literariis decederet, lætus acclamabat.*

Ioh. Blaho, Nouisol. Hung. SS. Th. et Ph. C.

Alumn. Pann. Witteb. Bibliothecarius.

En MIChaelIDE! agIt PatrIA, Vt repetas VViteberga
Pannonlas Lites: Ela! age, Fortls abl.

*Hæc Clar. VIRO, intra, & extra Patriam Commilitoni suo jam reduci do-
mum, DEI Pacem, & felicitatem vovens, festinanter ponebat*

Nicolaus Gltz, Schemmnitzio Pannonius

SS. Theol. & Phil. Cultor.

PAX, LABOR, & VIRTVS, commendant TE FRIDERICE,
HVNGARIAE ut DOCTVS, commoda mille dares.

Ergo sic pergas, Verbo superare duella,

Hoc uno FELIX, discute multa mala.

*Hicce Nobilissimum atque Clarissimum Dominum Fautorem & Ami-
cum, nec non Contubernalem quondam Charissimum, in Pa-
triam, cum omniæ felicitatis successu comitari voluit.*

Godofredus Sagrovsky, Cæsareof. Vng.

S S. Theol. & Phil. Cultor.

O! divinarum felix penetralia rerum
Qui perlustrati, condita quaque videns,

Quidquid & immensî latus tenet ambitus orbis

Sedulitate pari qui speculatus eras,

ITO BONIS AVIBVS! fructus ex TE fatis amplos

Sive facer coetus, seu schola percipiat.

*His, Clarissimum Doctissimumque VIRVM, Fautorem, Amicum atque Com-
mitonem suum, patriam repetiturum, cum voto omnigenæ felicitatis,
comitari voluit, debuit.*

Martinus Wandlik, Verusolio - Hung.

SS. Theol. & Phil. Cultor.

Ceu fuit moestum uehemensque fulmen

Sermo dilecti Ionathanis olim,

Quem pio Fratri dedit exeunti:

Vade Dauide.

Sic sonant Fratris pariter probati

Verba, pectus ceu tonitru sonorum

Valde conturbans Patriam perentis:

Vive ualeque.

Hiccine est mensis miser arque tristis,

Hiccine est Phæbus miser ac Apollo,

Qui meum charum subito et repente

Tollit Amicum.

Vade felix auspicio secundo, et

Numinis Sancti simul et potentis

Angelus fortis tueatur alme

TE pie FRATER.

Ita

*Virum Doctissimum Clarissimum Contubernalem suum atque
Amicum itegerrimum, absolutis laudatissime studiis,
Patriam repertem moestus comiatur*

Michael Honorius Ebner, Sempr. Hung.

SS. Thol. et Phil. Cult.

Sieh nur, o süßer Freund / der schöne Phoebus - Wagen
 Kommt Dir entgegen schon / will Dich nach Hause tragen:
 Und Du mußt folgen dem / der den Glanz ausgestreut /
 Und Dir den Ehren - Thron zu Hause hat bereit.
 Dein weises Thun beweiset / worzu Du bist gehoben /
 In **WITTEBERG** halt Du die Stunde nicht verlohren /
 Gedächtniß / Wissenschaft / Beredsamkeit / Verstand /
 Das hat in Dich allein der Himmel angewandt.
 Drum wird die Freundschaft Dir bald mehreres schreiben müssen /
 So bald Herr **KERMAN** wird Dein Haupt mit Del begießen;
 Indessen lebe wohl / wo Deine Sonne lacht /
 Die Dich abführt von Uns. **FREUND** / Ich wünsch gute Nacht.
 Viro Nobilissimo, Clarissimo, Doctissimoque, Fautori, & Amico estimatissimo, felicia quaeque apprecatus scribebat,

Georgius Lepossai, Hodof. Hungar.
 SS. Theol. & Phil. Cult.

VIR pie, cur doctam Vitebergam deseruisti?
 Scilicet: ut patriae dulcia quaeque feras.
 Ito bonis avibus **DOCTVM DEVS** ipse secundet.
 Prospiciat **DIGNO** de Statione bona.

Haec pium in eventum, pie scribebat

Iohannes Lany, Zol. Vng.
 SS. Theol. & Phil. C.

Ioannes Fridericus Michaëlidès Novisohensis.

Anagramma.

Leucoreis valedicis, I, sis in fide, ars non homines.

Enodatio.

Leucoreis nunc rite *Valedicis*, **BONE CIVIS**,
 Musis, queis semper **TV** sedulus incubuisti:
 I, patrias oras, repetas, solatia felix
 His praesta, sis inque fide constans, mala temne;
 Ars **TIBI** sic cura sanctissima, quam didicisti,
 Non homines pravi, non mores seculi iniqui.

His **CIVEM** patrie doctissimum, Fautorem Amicum optimum concomitari voluit, debuit,

Michaël Pohlius, Casnif. Vng.
 S S. Theol. Cult.

MICHELIDEM celebris studiis *Viteberga* docebat;
 Excipe iam *Doctum Patria terra Virum*.

Quid mirum? nam sic imitatur rite Parentem;


Clarum Doctrinis & Pietate Virum.

Ergo nunc *Patrie, Genitoribus, omnibus, atque,*

Gratulator ex tanto, mente animoque Viro.

Paucis his Clarissimo atque Doctissimo Domino Populari, superatis Accademis Laboribus felix in Patriam iter precatur.

Ephraim. Sagrovsky, Jun. Cæsareof. Hung.
 SS. Theol. nec non Phil. Cult.



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





17

IDEA
MVTVI OFFICII,

QVA
V I R O

Nobilissimo Clarissimo Doctissimoque

DOMINO

IO. FRIDERICO
MICHAELIDÆ

S. S. Theol. & Philosoph. Cultori indefesso, & Bibliothecæ Alumnorum Pannonum hætenus Bibliothecario primario
longe dignissimo,

dum

Post curriculum Academicum laudabiliter exactum,

A. R. S. c1010ccXXV. d. VI. Cal. NOV.

IN PATRIAM

bonis avibus concederet;

debitam animi fui propensionem ad vivum exprimere & faustum fortunatumque, ad Patrios Lares, reditum apprecari
voluerunt

CIVES PANNONII

VITEMBERGÆ

LITERIS SCHROEDERIANIS.

underzagt
in Füßen
ngt.
n Lehre/
iebt
lands Ehre/
on betrübt!
Winde/
in/
u Neids. Gefinde
en Stein.
Jahre
und Licht.
u der Schaare
Ders zerbricht.

